Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



Domine deus meus in te speraui saluum me fac
omnibus persequentibus me et libera me.

Initium. Dixit dominus parabolam hanc. Homo quidam erat Lucam.
diues. et induebatur purpura et bysso. et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus. qui iacebat
ad ianuam eius ulceribus plenus cupiens satiari de micis quæ cadebant
de mensa diuitis. et nemo illi dabat. sed et canes uenientes
et lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus. et
portaretur ab angelis in sinu abrahe. Mortuus est autem et diues.
et sepultus est in inferno. Leuans autem oculos suos cum esset in
tormentis. uidit abraham alonge. et lazarum in sinu eius. Et
ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mihi. et
mitte lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aquam. ut re
frigeret linguam meam. quia crucior in hac flamma. Et dixit illi a
braham. Fili recordare quia recepisti bona in uita tua. et la
zarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur. tu uero cruciaris. Et
in his omnibus inter nos et uos chaos magnum firmatum est. ut hi qui uolunt hinc transire ad uos non possint.
neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater. ut
mittas eum in domo patris mei. habeo enim quinque fratres. ut
testetur illis. ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et
ait illi abraham. Habent moysen et prophetas. audiant illos.
At ille dixit. Non pater abraham. sed si quis ex mortuis ierit ad
eos. penitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non
audiunt. neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Off.
Intende voci oracionis. Et. in fia Sexti qui Lectur. Sec. Hostias no
stras quas tibi dicatas placatus assume. et ad perpetuum